

Privilegium Ludovici Regis Hun-
garie et Polonie etc.

611.

170.

Ludovicus Dei Gratia Rex Hungarie, Po-
lonie etc. Nostriis fidelibus Universis et
singulis Capitaneis Woiewodis, Burgrabiis,
Officialibus per totam terram Ruscie consti-
tutis, gratiam nostram et salutem. Cupientes
communitatem Armenorum nostrorum in Lem-
burga civitate nostra terre prescriptae nostrae
bona pacis tranquillitate perfrui vestre uni-
versitati ac fidelitati nostro Regio edicto fir-
miter committentes mandamus, quatenus
Armenorum nostrorum in dicta civitate
Lemburgensi intra et extra muros Civita-
tis eadem cohabitantes, in suis consueta-
dinibus, et moribus, quibus alias tempore
Serenissimi Principis Domini (admirari ea-
dem gratia olim Regis Polonie) beate re-
cordationis fratris nostri praefari, ac tempo-
re nostri Regiminis, huc usque ui sunt et
utebantur, ex nunc, prout et tunc uti frui paci-
ficè et quietè, Statu et jure primario, absque
omni recusa stare et vivere permittatis,
Regalis gratiae sub obtentu. Vobis nihilo-
minus nostro fideli Barone Magnifico viro
domino Johanne Capitaneo terre Ruscie se-
pius nominatè singulariter committimus
inaiuvantes, quatenus superius dictos Ar-
menos

1500
menos ab omnibus quorumlibet injuriis, mo-
lestiis et perturbationibus universis tueri
et protegere soliti debetis, et in eorum ju-
re per vos, et quoslibet vestrorum, nec non
alios in terra Rusiæ constitutos in ore
solito stare permittatis cum effectu. Ita-
rum quibus sigillum nostrum impressum
est testimonio literarum presentium auctem
reclari jubemus exhibenti semper post le-
cturam. Datum in Drozgaver septima die
Octavarum festis Pasche, Anno Domini
Milleimo trecentesimo octuagesimo.